



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 1027. An proditoriè occidentes priventur asylo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

xi locum concedendum, bene dicunt Reiff. *h. t. n. 112.* Wiestn. *n. 119.* Verū dum de ea pignat, *loc. mox cit. n. 40.* qui omnes desuper decisiones diligentissime collegit, nullam de ea mentionē faciat, & desiderare se de super declarationē pontificiā, de ea merito dubitare licere, & interim occurrente casu standum pro asylo & saltem reum non extrahendum, donec Romana curia consueta respondeat, ait *Reiffens.*

3. Tertio constitutum extra Ecclesiam mandantem aliquem in Ecclesia occidi vel mutilari ceteri adhuc occidere in Ecclesia & consequenter privari asylo probabiliter sustinent Abb. *in c. ult. h. t. n. 12.* Mart. *de iurisd. p. 2. c. 5. n. 26.* Gutt. *l. c. q. 2. Suar. l. 3. c. 11. n. 7. & 26.* Barb. *l. c. n. 1. & 16.* Duard. *l. c. l. 2. c. 15. n. 23.* Farin. *l. c. n. 230.* Decian. *tr. crim. l. 6. C. 28. n. 7.* Azor. *p. 2. l. 9. C. 9. n. 14.* Laym. *l. 4. tr. 9. C. 3. n. 6.* Reiffens. *h. t. n. 103.* cum executio mandati potius adscribatur mandati, quam executori *C. ut fama §. laici de sent. excom.* & is committat vere, cujus authoritate vel mandato delictum committi probatur. *c. mulieris. de sent. excom.* unde in utroq; foro veri homicida habetur, & ut tales puniuntur Arg. *l. 6. §. illa verba ff. ad leg. pompon. de parricid. & c. perniciose de parricid. dist. 1.* Contrariū tamen inherendo Bullæ Gregor. non minus probabiliter absolute (id est, siue existens in Ecclesia mandet occidi aliquē foris existentē, siue existens foris ibidē mandet occidi existentem in Ecclesia, propter quos prius etiam aliqui advenariū admittunt mandantē non privari immunitate) docent Castrop. *tom. 2. tr. 11. d. unic. p. 4. n. 17.* Dian. *l. c. resol. 10.* Lezan. *v. immunit. n. 11.* Bonac. *d. 3. q. 7. de immunit. §. 4. n. 9.* Delb. *l. c. f. 8. n. 1.* Wiestn. *h. t. n. 119.* citatis Jordan, & Hann, &c. ex ea ratione, quod in Bulla exprimentur occidētes & mutilantes, quales non sunt mandantes occidi seu aliquid fieri, nisi in lata & extensa significatione, & quando jura fingunt. Unde leges pœnales latæ in facientem, mandantem non comprehendunt, dum id non expriment, non secus ac censura lata contra facientem aliquid, non extenditur ad mandantes facere.

Quæst. 1027. Num proditorie occidētes proximum priventur immunitate asyli.

Resp. Affirmativē juxta expressa verba Bullæ Greg. & exemplum à Salomone editum 3. *regum 2.* dum Joab, qui proditorie seu per insidias occiderat Abner, confugientem ad altare non reliquit impunitum. Proditorie autem occidere dicitur, qui proximum in actum nihil tale cogitantem per insidias de industria, nulla præcedente inimicitia, vel eā per reconciliationem sublatā, aut etiam sub specie similitudinis amicitia occidit. ita juxta *L. propter invidias c. qui accusare non possunt. l. fin. de delatorib. l. 4. ff. ad seq. ful. Majest. c. clericus 16. dist. C. 16. q. 1.* Suar. *l. c. n. 12.* Var. *C. 3. de homicid. n. 5.* Sanch. *tom. 2. cons. mor. l. 6. C. 1. du. 7. n. 26.* Farin. *l. c.* Delb. *C. 16. du. 20. f. 1. à n. 1.* qui §. 4. idem signate dicit de occidente proditorie infidelē, cum & is, etsi in fide & sacramentis non participet veniat tamen nomine proximi nostri. Item §. 3. de occidente inimicum promissione seu fidejussione data, eo quod per talem permissionē inimico sublata fuerit omnis occasio sibi præcavendi. quamvis probabiliter contrarium teneant Dian. *p. 4. tr. 1. resol. 33.* De Marinis & alii, quia volunt homicidium proditorium esse, quod committitur ab amico, nullo præcedente rancore, sed potius sub specie amicitia v. g. simul comedendo, itinerando &c. In eo verò, num privetur asylo, qui alterum vulnerat proditorie animo eum occidendi, morte tamen inde non secuta, non convenit inter AA. affirmant Nav. *cit. c. 25.* Cov. *l. c. n. 7.* Tanner. *2. c. d. 5. q. 8. du. 1. n. 16.* Gutt. *l. c. q. 7. n. 53.* aliiq; plurimi apud Delb. *l. c. f. 9. n. 1.* Negant è

contra Suar. *l. c. n. 14.* Decian. *l. c. l. 6. c. 2. n. 17.* Germa. *l. c. c. 16. n. 60.* Farin. *l. c. c. 4. n. 145.* Tusch. *V. Eccl. concl. 1. 1. n. 7.* Barb. *jur. Eccl. l. c. c. 5. n. 90.* Ciartin. *conrov. for. c. 14. n. 19.* & plures alii, quos sequitur Delb. *l. c. n. 2.* juxta clara verba *constit. Greg.* (quidquid aliis sit de jure communi) dum ibi requiritur ad summatus cum effectu ut Suar. Alecia. Menoch. apud Delb. *n. 5.* unde Farin. ait quod hæc opinio post dictam constitutionem omni difficultate careat, vide de his particularibus aliquanto Reiffens. *h. t. à n. 114.* Porro perinde esse, siue occisio fiat ferro, siue veneno, & sic in specie privari aliquem asylo, qui alterū veneno occidit, quia censetur proditor, citatis pro hoc molin. de Just. *d. 24.* Covarr. *l. c. n. 7.* Suar. *l. c.* Castrop. *l. c. n. 29.* Farin. *l. c. c. 9. n. 142.* & quam plurimis aliis, tradit Delb. *l. c. f. 2. n. 1.* qui tamen *n. 5.* bene addit citatis insuper aliis se ita sentire, si præbeatur venenum inficio illo, nulla præcedente inimicitia aut rancore, sed simulatā potius amicitia, eo quod alias proprie homicidium proditorium non sit. Idem esse, dum mater proprium filium occidit, aut alius quis factum animatum per potionem noxiam, tenet Idem. *n. 2.* citatis Remig. *de gonni de immunit. fallent. 14.* Farin. *l. c. c. 8. n. 138.* Peregr. *c. 3. n. 8.* & sic declarasse S. cog. *concl. 3. Decemb. 1632.* refert Barb. *in collect. Bullar. V. immunitas & de jur. Eccl. l. 2. c. 3. n. 42.* contrarium tamen tenentibus Leon. *Theofor. Eccl. p. 1. c. 13. vers. dubitari.* Dian. *p. 3. tr. 1. resol. 71.* Bonac. *tom. 3. d. 2. q. 3. p. 16. §. 8. n. 8.* ex ea ratione, quod infans non possit dici proprie occidi per insidias dolose, cū dolus in ipsū utpote rationis incapacem committi nequit. **Quæst. 1028. An & qualiter assassini priventur asylo?**

1. **Resp.** Primò assassinum privari asylo clare patet ex Bulla Greg. XIV. quin & (quidquid sit de rigore juris, cum *c. pro humana. de homicidio in 6.* quod ad id probandum adduci solet, illud convincere non videatur, ut Delb. *c. 16. du. 21. f. 1. n. 1.*) constat de consuetudine communiter recepta & approbata à DD. ut Suar. *l. c. n. 13.* Gutt. *n. 50.* Farin. *l. c. c. 8. n. 118.* &c.

2. Secundò: Assassinium dicitur, dum pro pecunia aliave æstimabili pretio promissa vel accepta occiditur ali. siue fidelis sit siue infidelis, assassino vero tam is, qui pretio conducit aliquem ad occidendum, quam qui pretio conductus occidit. ita Suar. *n. 15.* Gutt. *l. c.* Mascard. *de probat. tom. 1. concl. 138.* Menoch. *de arb. l. 2. centur. 4. cas. 360. n. 42.* Farin. *c. 8. à n. 19.* aliiq; DD. communiter, pro ut hæc omnia declarabuntur in sequentibus.

3. Dicitur itaq; primò: *pro pecunia aliave pretio æstimabili* accepta vel promissa, unde non videtur assassinus, qui precib' aliore respectu inductus, ut vult Villedia, *in polit. c. 3. n. 215.* occidit aliquem. Item qui absq; pretio sibi dato vel promisso, sola spe præmii, vel intentione pro hoc placendi alteri occidit aliquem, ita ut datio vel promissio pretii sit de essentia assassinii Farin. *l. c. n. 130.* Cast. *l. c. n. 34. in fine.* Sperell. *decis 102. à n. 7.* Bajard. *ad Clar. §. assassinum n. 7.* Reiff. *h. t. n. 135.* Delb. *l. c. n. 15.* citatis insuper quam plurimis, sufficit autem promissio; cum ea ipsa sit pretio æstimabilis & pecuniæ æquivalens. Delb. *l. c. n. 8.* cum Mascard. *l. c.* Farin. *cit. c. 8. n. 125.* Gutt. *l. c. n. 20.* & sic pretio æstimabilem ceteri promissione de danda uxore vel officio aliquo, etsi executio talis promissi non sit in potestate promittentis, cum nihilominus promittens ex tali promissione vere remaneat obligatus, procurare, quantum est de se, ut uxor vel officium ei obveniat, quod est pretio æstimabile, tradit cum Decian. *tr. crim. l. 9. c. 3. n. 16.* Delb. *cit. f. 1. n. 12.* contrarium tenentibus æque probabili-